



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vera Concilii Tridentini Historia

Contra falsam Petri Suavis Polani narrationem

Pallavicino, Sforza

Antverpiae, 1670

Argvmentvm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11642

HISTORIAE CONCILII TRIDENTINI LIBER QVINTVS.

ARGVM ENTVM.

LEGATI Tridentum missi, qui Concilium instruerent; & que illis mandata. Suspiciuntur inter Pontificem ac Cæsarem. Eorum conffusus Buxeti. Bellum inter Carolum, & Franciscum Regem. Tridentum adeunt Cæsari oratores; & quid ibi egerint. Supersedetur Concilio. Altera Farnesij Cardinalis Legatio ad duos Principes pro concordia; sed infectâ re. Comitia Spiræ habita; eorumque Decreta Religioni pernicioса. Epistola Pontificis ad Cæsarem quermonia plena; & quid effecerit. Pacificatio inter Cæsarem & Gallum. Iterum indictum Concilium, & alij Legati Tridentum missi. Quid iniunxerit Neapolitanus Prorex Praesulibus ipsius Regni de Concilio adeundo, & suffragio ibi ferendo. Diploma Pontificium illi oppositum. Iterum Farnesius ad Cæsarem Legatus. Demandatum Legatis, ut Concilium inchoarent tertid Mæsi cur tamen non inchoatum. Quæ Farnesius transegerit cum Cœgre de Concilio, & bello aduersus hæreticos: eadem Roma quæ agitata. Euenta varia Tridenti. Edictum alterius VVormatiensis Conuentus. Aurelianensis Ducis obitus; unde Pax in incerto nutat. Dies 13. Decembrius aperiendo Concilio præstita. Difficultates in Gallis Episcopis ibi retinendis. Inchoatio Con-



cili, ex quo ritu. Habita solenniter ibi Oratio à Cornelio Musso, Episcopo Bituntino, eiusque à Suavis calumnia vindicatio.

CAP V T P R I M V M.

Apologetica Cæsaris ac Regis Gallie contentio, ex occasione Diplomaticis promulgati de Concilio. Auctus Cardinalium numerus.

Legati Tridentum premisi, eisque iniuncta mandata.

DIPLOMA quo Synodus indicebat, paria honoris & fiduciæ sensa promebat de Cæsaris ac Francisci Regis pietate. At Rex suorum Nuntiorum necem vlturus, bellum Cæsari palam intulerat, & in Subalpinis, & in Belgij atque Hispaniæ finibus; instigato etiam contra Caracem Solimano per Antonium Polinum Constantinopolim allegatum. Nouâ ac periculosa iniuriâ Cæsar offensus exarsit; unde hostium quasi loco sui aduersarij studiosos habebat. Præsertim vero sibi offensioni duxerat illam animi æqualitatem in vtrumque significatam à Pontifice, cui magnam Principes auctoritatem tribuere consuevere, adeoque magnam obligationem illius exercenda, vbi causâ magis quam robore pollere se putant. Quemadmodum in eiusmodi rerum conditionibus mos est cunctis hominibus, iurisdictionem extollere, ac vim integrum postulare in illis Magistratis, quos, si viribus præpollerent vel vti legitimos non agnoscerent, vel vti violentos virtuperarent.

2 Conquetus igitur per literas. Cæsar cum Pontifice, de Rege Galliæ sibi æquato, cum ipse more obsequenti filij Parenti Christianæ familia seruuerit, eam aduersus Turcam terrâ mariique tuitatus infinito plane dispendio, labore, ac vita periculo, adhibituque simul omni conatu ad hæresim in Germania suffocandam; cum interea Franciscus Rex instar filij prodigi, dissipata portione si biaduenientis potentia, per ambitionem & inhoneitas cupiditates excuerit, & vel tunc excire arma Othomannica ad rem Christianam profligandam; & pecuniâ stimulisque Protestantium pertinaciam promoueret; ac postremum, colore qualito iniuriæ accepte in quibusdam ab eo missis non Legatorum sed exploratorum specie, violaret inducias per ipsum Pontificem firmatas, atque in custodia retineret Archiepiscopum, harum rerum minime concium.

1542.

* Vide Bel-
carium lib.
2. 3. à n. 24.
visquead 2. 8.

Ggg 3

Ha

Tric.